



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita monachorum Scitiotarum, & de Sene Ammonio. Capvt. LIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Vita monachorum Scitiorum, & de Sena Ammonio.

C A P V T. LIIII.

V Enimus Postea Teremithen ad Abbatem Theodorum Alexandrinum. Aitque nobis senex: Filioli, multum euera perdidit Scitiorum monachi iuxta senū predictionem. Credite enim mihi, filij, quia magna erat claritas apud Scitios, magna abstinentia, magna discretio. Vidi ego illic senes, qui nisi quis ad eos venisset, nunquam sumebant cibum. Inter quos erat senex quidam, Ammonius nomine, iuxta me manens. Cuius ego sciens consuetudinem, per omne sabbatū ad illum veniebam, ut propter aduentum meum sumeret cibum. Habebant hi omnes generaliter, quod quacunque hora accederent ad eos, aliqui, permittebant illos orationem facere, illisque orantibus, ipsi mensam apponebant, & continuo cibū sumebant.

Visio cuiusdam Senis commorantis in Sciti, & de Abbate Irenæo.

C A P V T. L.V

A B B A S Irenæus narrauit nobis de sena quodam commorante in Sciti, quod diabolū viderit noctu sarculos, rastro, scopulos præbentem fratribus: Dixitque diabolus: Quid ista sunt? Respondit diabolus: Diligentiam fratribus præparato, ut his occupati, negligentiores ad orandum, & glorificandum Deum.

I Dem Abbas Irenæus narrauit nobis dicens: Iterum: Cū venissent Barbari in Sciti, recessi inde, & veni in partes Gazzæ, acceperunt cella-